

religiosis vobis est magis necessaria, aerem verberare, ut ita dicam, est, sperare vos generatim de omnibus cupiditatibus vestris victoriam esse relatores, quin singillatim illi opugnanda operam detis, qua dominatur in vobis. Numquid hanc normam hactenus estis secuti? Consideratisne quantum illa sit virtus, qua praeque indigetis, ut ad illam potissimum acquirendam contendatis? Nostisne affectionem illam, qua dominatur in vobis, ut ad illam impugnamam vosmet preparatis? Neque hoc satis est, docendi estis, quantum sit aptissima ratio cursum vestri insigendi, & feliciter pugnandi. Sic curro, sic pugno, inquit Apostolus. Nisi secuti fueritis, secundum S. Pauli exemplum, methodum illam, qua vos maxime decet, cursus, & praemia vobismet benevertere non poterunt. Haec cupiditas, qua in me dominatur, qua reliquas movet, & quae primum est omnium actionum mearum principium, illa est, cui ante ceteras bellum mihi est insidendum. Donsc huius parco, & forte in infirmiores inimicos degladior, aerem verbero. P. Sagneri.

Neminem latet Orationem maxime necessitatis esse in Christianismo, & hanc illam esse, a qua voluit Deus spem omnem & gloriam in Caelo pendere; at aliquem fortasse laet, mortificationem, quae est aptissima ad orationem preparatio, unum esse ex praecipuis nostris officiis. Animadvertit Sanctus Gregorius duas Hierosolymae in Templo aras fuisse; alteram quidem holocaustorum; alteram vero thymiamaum. Holocaustorum altare positum erat in vestibulo Templi; illud vero thymiamaum e conspectu Sancti Sanctorum, ut intelligeremus, Sanctus hic Pontifex ait, cor nostrum nequaquam Deo iri conjunctum, nisi quatenus ipsi corpus nostrum immolabimus; ut Sanctuarium adendum acquiramus, primum faciendas esse expiationes, atque ut adoleamus thymiama fervore orationum nostrarum, nobis jugulandas esse tamquam victimas cupiditatis, quae carnem nostram ad rebellandum impellunt. Ita omnium fidelium vocatio, non secus ac illorum qui praesunt, ipsis est carnem suam crucifigere, & longis humilibus cum Jesu Christo bibere ex torrente lacrymarum ejus ut cum illo in gaudiorum suorum eternitatem ingrediamur. Cur autem Jesu Christi crux in cordibus, & carne nostra non imprimatur non secus ac in Religiosorum domuum fronte celatur. Nihil prohibet quinominas de nobis dici faciamus, quod de Christianis omnibus dicebat Sanctus Augustinus, vitam nostram non aliud esse quam crucem, & iuge martyrium. *Auctor recens.*

Necessitas exterioris hominis crucifigendi unum ex illis placitis est, quae Mundus non capit. Caro, & sanguis sciem veluti consistunt, ut quidem Apostolus inquit, cum concupiscentiis, & immortificatis cupiditatibus, ad pugnandum contra ea omnia, quae ad eorum excidium conjurant, & intelligere nequeunt, quod sensuum mors spiritus vitam producat. Numquid ergo Christi fideles inter Jesu Christi passiones concepti, & in cruce geniti, majorem habebunt horrorem ab iis, quae eos possunt a sensibilibus objectis avellere, quam Ethnicus ipsi, homines illi sensibus suis dediti, & obnoxii cupiditatibus saeculi? Tota Fili Dei mortum disciplina procuratur; homines qui jam ceci sunt corde, ceci quoque mente fiunt, ut, si fieri possit, doctrinae illius omnino caeculi aliquid afferant lenimentum, semper ad hanc redibunt veritatem nunquam in dubium revocandam; legem videlicet Evangelicam legem esse mortificationis; Jesum

Christum austerum esse magistrum non nisi humilitationes, crucifigere docentem; & in Christi castra transire, esse idem, ac assumere necessitatem moriendi carni, ut vivas spiritu, sibi met abrenunties, ac incessanter tuis concupiscentiis obliteris. *Auctor recens.*

Veri fideles, licet non secus ac homines reliqui pateant istdem arumnis, & penis vitae hujus; si non habent, quod patiantur, ipsi sibi quaerunt afflictiones doloresque per sensuum suorum mortificationem; per pugnam, quam inferunt carni suae, per iugem resistunt inordinatis naturae corruptae desideris. Lacrymas elant, quod peccant, & suas lugent infirmitates, contremiscunt intuitu pericula, quibus patent. In exilio suo suspirant ob ardens aeternae felicitatis ad quam evocantur, desiderium. Mortificatio igitur, poena, tribulationes sunt pars iustorum in terris, quid dico? Hoc omnia volentibus accidunt & ipsis de incolatus sui diuturnitate quaerentibus, mundus oblectatur, & gaudet. Sed heu quam alia eorum fors est! Illa ad vitam aeternam, hi autem ad aeternam mortem feruntur. *Tourneux in Anno Christiano. Tomo 6.*

Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Jesus Christus ferre debet super humeros suos Crucem, in qua moriturus est, & hac in re vult, ut quicumque voluit illius esse discipuli, imitentur ipsum. Hoc autem fit patienter ferendo, & submissis acceptando omnes vitae penas, & afflictiones, sustinendo persecutiones propter iustitiam, & vitam suam offerendo pro Jesu Christo, ac turpissima qualibet, si opus est sustinendo supplicia, quale erat Crux apud Iudaeos. Christum sequi est Doctrinam ejus recipere, legem ejus observare, ejusque exemplum imitari. Ut enim quis sit ejus discipulus, non solum debet Jesum Christum omnibus praeferre, paratum esse ad iacturam faciendam eorum omnium, quae possidentur propter amorem Dei, verum etiam sensus suos mortificare, austeritatem exercere, affectibus suis imperitare; quae omnia sunt de precepto; Quicumque enim hac minime facit, omnino salvari non potest. *Le Tourneux in Anno suo Christiano. Tomo 6.*

Christiana mortificatio attendit ad regendis solatis, ubi culpa vacant, iisque evitandis, cum sunt necessitas. Quemadmodum verum illius officium est opprobriationem, hanc nemine hominem penitentem, qui carnem suam cum voluptatibus dedito, qui illam palpat, eamque idolum sibi constituit; nunquam majori pollemus industria, quam cum lenimenta quadam, vel pretextus excogitamus ex ipsa natura, & essentialibus hujus officii qualitatibus, timentes, ut amittamus, quemadmodum Tertullianus ait, suavitatem aliquam vitae molliis, quam ducimus, & de voluptatum perfusione deturbemur. Scire igitur oportet, requisitas ad Christianam mortificationem qualitates, ne hac in re decipiamur. Haec igitur necessaria esse debet austeritas; eamque aliter intueri, videlicet tamquam mortificationem suam, indulgentem, nihil voluptatis adimentem vitare molli, & inertis; hoc est vehementer errare. Verum licet exigat a peccatore austeritatem, non eo procedit, ut nobis etiam imponat (quod mundi sectatores devitant) onera non ferenda; e contra vero in iis tantum consistit, quae cum ultero acceptata fuerint ab eodem Salvatore, nos minime deterrere debent propter vim, quam nobis ipsis facere debemus, ut illi nosmet subijciamus. *Serm. marceli de Mysteriis Domini nostri. Tomi 6.*

Fideles ut aeternam vitam mereantur, ducunt in terris mortem per mortificationes.

Ad sequendum Deum, illum sibi abneget, non solum requiritur, sed iugis mortificatio.

Vanitas, Inconstantia, fragilitas rerum hujus mundi, illius gaudia, voluptates &c.

MONITUM.



Nihil frequentius est, sensusque repetitum, sermonibus, scriptis, dissertationibus, concionibusque, quam hoc de mundi vanitate, de fragilitate, brevitate bonorum, gaudiorum, pompae ejus &c. duracione argumentum. Hoc Ethnicus quoque suae opprobriae libere; & saepe qui hoc ardentius concupiscent, atque deprecat, de iis majori cum contemptu loquuntur; verum illud maxime miserum est, quod si licet per baptismum abrenuntiamus, atamen nihil est, cui impensius adhaeremus. Haec de causa argumentum hoc minime praetermittendum censui, quatenus communi sit; existimavi enim, Auctorem, qui illud pertractavit, multitudine obesse non debere, quinimus colligerem quidquid invenit magis accommodatum ad mundi contemptum, terrenarumque rerum fugam, & ultimum cendum.

Cum de hoc argumento in amibus fere concionibus accidat sermo, cumque alibi locuti simus de ambicione, dignitate, spectaculis, vita molli, ac divitiarum amore, hoc in loco generatim duximus de vanitate rerum terrenarum, de contemptu a Christianis omnibus habendo, de falsitate bonorum ejus loquemur; qua quidem cor hominis replere, eique veram voluptatem praebere non possunt.

Extendendum est tamen, cum latius hoc patet argumentum, nonnumquam ad peculiariter per inductionem esse descendendum, atque ostendendum, quanta sit, exempli gratia, divitiarum vanitas, quam parvi facienda hominum existimatio, principum gratia, honor, qui illi adhibetur, ut aperte sentiantur amaritudo, qua vita hujus voluptatibus admixta est, & gravis dolor, qui illas subsequitur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Variis Concionum hujus Argumenti Structura.

I.



X concibus mundi hujus bonis illud, quod procul dubio pretiosissimum est, & quod ardentius persequimur, quatenusque accuratius tuemur, gloria est; quia hoc non solum praefertur ceteris, verum etiam pro hoc cetera in discrimen vocatur, eorumque iacturam focii pendimus, dummodo illud servemus. Ideo ostendendum vanitatem mundi hujus, & quo in pretio habenda sit a Christiano viro gloria, quae in mundo potest acquiri, ostendimus simul ceterorum vanitatem bonorum, quae, ex sapientum virorum sententia, nullo modo possunt cum hoc comparari. Hoc autem in animo est hac concione praefere; ubi ostendimus, I. Mundi gloriam in principio suo odiosam esse: a. in natura sua vanam, futilem, & chimericam: 3. fluxam, brevique duraturam.

I. Mundi gloria in principio suo odiosa est; hanc enim in mundo casus, aut gratia, vel felix deserunt. Causas quidem, quod efficit, ut saeculi principes contemnantur, & tot querelis, atque murmurationibus locum praebet. Cur, dicitis, ille vir, quem, me loquente, taciti designatis. repente volatu supra me in sublimem fertur? Cur illum fulgentem video, me interim in pulvere prorepente? Numquid illius virtus, ac meritum est dignitatis ejus principium? Ego novi ingenium illius medicocritatem, ac improbitatem spiritus. Fortuna iudicanda illum extulit; casus favorabilis eum in hoc gradu constituit; efficitur fortuita cum iis, qui plurimum possunt, quos populo fortuna fecerit, subitae magnitudinis origo est: casus denique commune est gloriae hujus mundi principium. 2. Saeculus etiam alterum principium est humane elationis. Immensum hoc magnitudinis incrementum saepe usurpationi debetur: nonnumquam per turpissima ministeria, fedaque assentiones via ad principes viros sternitur; saepe etiam ideo in publico aliquis honore excipitur, quia abominabilis est coram Deo. 3. Ut plurimum vero gratia meriti locum obinet; Principis, Regisque gratiam aliquis obtinet, illum sibi patronum, praesidiumque nanciscitur; & tamquam Princeps colitur ille, quem princeps sua familiaritate dignatur. Quod contemptibilis, quam hoc elationis principium, quod casus, & saepe etiam felici innititur.

Secundo, mundi gloria, si illius natura spectetur, vana est: quid enim magis ineptum, atque chimericum? Etenim mundi aestimatio, in qua proprie mundana gloria consistit, non aliud est, quam favorabilis rumor, qui de nobis percrebescit; cognitio est, quae mundus scire vult, quid valeamus, & quid scimus. Haec est humani cordis fascinatio, hoc idolum est, cui sacrificant universi, quos mundus seducit; & qui tamquam supra vulgus positi existimantur. Ostendendum est, quam vana sit hac gloria, quae in hominum existimatione, judicioque consistit. 1. Haec enim tota in alieno est, nihilque re ipsa in nobis consistit; nos

nequaquam magis virtute praeditos efficit; nec alios ab illis, qui sumus. 2. Ab illis nobis deserunt, a quibus minime cognoscimus, & qui scire nequeunt, utrum illam mereamus; qui ex externa duntaxat iudicant specie, & qui interiores cordis inanis est, & chimerica. 3. Plerumque iniqua est, quae enim iustitia homines hanc gloriam iniqua est, quae enim iustitia obscura, neglecta, & sine ratione ulla posthabita 2. Quot usurpatores gloriae, & sine ratione ulla posthabita 2. Quot usurpatores gloriae, & sine ratione ulla posthabita 2. Quot mali iudices indignis eam tribunt laudem quam minime meriti sunt; Mendaces filii hominum in saeculis. *Ps. 6.*

Tertio, mundi gloria fluxa est, ac brevi duratura, quod efficit, ut in Scripturis omnia bona, ac terrena prosperitatem exhibentur veluti somnium, iuxta eam animadversionem, quae ex hujus tractatus ducta videbitur, necnon veluti fumus, qui fese attollit, & evanescit. Hujus gloriae mobilitas nihil obscurior est, quam ejus diuturnitas; omnium enim saeculorum experientia nos docuit sexcentos viros postquam gloria cumulati fuerunt, lapsos esse in contemptum, opprobrium, & confusionem; & quemadmodum gloria pendet ab hominum imaginatione, quae inconstans, ac mutabilis est, hac nihil constanter est illa: immo usquevenit, quod confuso, quae honorem, ac dignitatem subsequitur, major sit, doloremque affert gravio- rem. Ex his omnibus inferendum est, quod si gloriae cupidi sumus, solidam, veram, aeternamque gloriam quaerere debemus &c. *Excerptum ex manuscripto sermone P. Francisci Casreu.*

1. Mundum contemere debemus non Philosophorum more propter illius fragilitatem, inconstantiam, ac vile pretium eorum bonorum, quae pollicetur, & quae dare saepe non potest; sed more Christianorum, qui toto caelo positi sunt supra ea omnia, quae in mundo sunt, atque ad aeterna, ac solida bona contendunt. 2. Terrena haec relinquere debemus non propter terrorem, aut indignationem, & quamdam ultionis speciem, ut illi qui a mundo recedunt, quia se desolatos vident, sed quia illa horrere debemus propter ea, quae in iustis fonte promissum. 3. Mundo mori debemus, & uti loquitur Sanctus Paulus, eadem crucifigi: hoc est non affici illius gaudiis, voluptatibus, ceterisque rebus, quae cor humanum seducere consueverunt; idque non Stoica stupideitate, sed integra cordis, & affectus abnegatione, quae perfecta est, ad quam aditi debet Christianus.

1. Hujus mundi bona in se parva res sunt, eaque imperfecte tantummodo possidemus. 2. Haec nec meliores nos, neque perfectiores efficiunt. 3. Nos corrumpunt, quia illis adhaeremus, eaque in pravum usum convertimus.

II.

III.

pretendebatur. Folia, fructusque ejus erant admirabilia; omnia ibi pabulum reperiebant, bestia agri sub umbra ejus quidabant, & volucres in ramis ejus. At Angelus quidam ex illis, qui semper vigilant Dei imperium facturi, descendit repente, elataque voce clamavit: Succidite arborem; prosternite ramos ejus, folia, fructusque dissipate, bestia procul, avesque diffugiant. Hoc autem somnium, quod jure mysticum appellari potest, quia magnam denotat veritatem, Daniel ita est interpretatus: Rex, inquit illi, quin vel asseteretur, vel dissimularet. Rex tu hac arbor es; mira illius magnitudo tuam magnificentiam, roburque tuum significat. Imperii tui gloria sese in extrema usque terrarum oras effundit, ac satis vides, quamnam intercedat similitudo inter id, quod es, & quod adspexisti. Vellem facere, quin tibi reliqua aperirem; justa enim, qua contra arborem ferri audisti, impetium succidendi illam, ramisque, frondibus, & fructibus dissipandi, Dei sententiam in te latam portendunt. Tu non multo post hisce magnitudinis, imperique signis, imperioque spoliaberis. Profecto illud fuit supermi cœli, terrarumque Domini imperium in superbo rege adimpletum; verum fuit etiam figura vanitatis honorum, aliorumque mundi bonorum, que non fortuna imperio, ut loquuntur Ethnici, sed supremi Domini subiecta sunt voluntati, que pro ut placuit, illa distribuit, & que fœssem potentissimos reges exiit, ut reliquos mortales doceat, illis non adhaerere, vel ob illa non intumescere, ut olim Nabuchodonosor.

Notatum dignum est, quod in Scripturis futuræ hominum elationes in fumis ree representantur. Ita in somnis vidit Josephi fabulæ illum magnitudinis gradum, quo deinde eversus fuit: *Audite somnium meum. Gen. 37.* In per somnium septem fertilitatis annos prævidit. Regius Elther exaltatio, necnon Gedeonis victoria eodem modo prævide fuerunt. In somnis omnia terrarum Imperii Nabuchodonosori, ac Daniels monstrata fuerunt; aliaque id genus plura nonnulli in somnis visi fuerunt, quia, ut S. Ambrosius *lib. de Josepho*, cap. 6. loquitur, quidquid magnam, ac speciosum in mundo est, somnium tantum est; non autem veritas. Sed hæc veritas nulla re exprimi potest melius, quam quod cum Deus Nabuchodonosori omnia ostendit imperia, præter somnium, usus est etiam idoli figura, quod ex Apostoli *1. ad Cor. 8.* sententia nihil est: *Nihil est scilicet in mundo; & in ista mendacium vocatur, & omnium mendaciorum maximum, quia veritatem omnium maximam negat.* Certum est igitur in honoribus, omnibusque mundi bonis, quæ ardentes homines inquirunt, & persequuntur, nihil esse nisi vanitatem.

In Sancti Lucae Evangelio legitur, *cap. 4.* Danoniem, cum Deo filium super montis cacumen transfuisset, illi omnia mundi regna ostendisse, atque ob oculis ejus posuisse omnem fulgorem, magnificentiam, & gloriam, quam in se continent: *Ostendit omnia regna terræ, & Evangelista addit, in momento; in istu oculi, & per modum transeuntis, quod uno accidit momento.* Verbum hoc tam mysterio plenum est, quam vi, uti S. Ambrosius animadvertit: etenim per hoc momentum non innere solum voluit, spectaculum hoc uno tantum durasse momento, & fulguris instar evanuisse; sed id quod in mundo Salvator vidit, & in quod oculorum aciem circumtulit, transire, evanescere, dissipari, eadem periclitare, qua tempus fuit & quod uno tantum momento subsistit. Sancti Doctoris verba præmittenda non sunt: *Bene in momento tempore temporalia, & terrena demonstrantur. Non enim tam conspicuus celeritas indicatur, quam caducæ præstantiæ fragilitas exprimitur; in momento enim cuncta ista prætereunt & sine honor facti abii, animum veneris. Quid enim facti posse esse diuturnum, cum ipsa diuturna non sine scula.*

Miram est, quod Dei filius, cui gloria, honor, & quidquid magnum in mundo est, omni jure debebatur, tantum eorum, testatus fuisse contemptum. Non quero, ait ille, gloriam meam, eam nihil facio, ubi cum gloria Patris mei comparatur. Si gloria Jesu Christi quatenus hominis pro nihilo habenda est, quid erit hominum gloria? Ille qui mortis suæ ignominiam adeo manietant voluit effecere, & qui nativitate suæ miracula intra fluvium paupertatem, noctisque tenebras abdidit; in officina squalore triginta annos zelum suum, & admirabilia talenta celavit, deinde vero a Patre in publicum prodire iussit, pro discipulis rudes elegit homines sine meritis, sine nomine, & impares, qui alios ad magistrum factos atraherent. In paupertate vitam duxit; cum a populo Rex inaugurandus erat, aufugit; in magnis uribus brevi permansit; ta-

ro cum nobilibus, semper cum pauperibus conversatus est. Eos evitavit plausus, quos sua mereretur miracula; in morte opprobriis cumulati voluit. Fingit potest major mundi contemptus?

Applicationes quorundam Scripturæ locorum ad hanc Argumentum

Filiis hominum, ut quid diligitis vanitatem, & quiritis mendacium? *Ps. 4.* Omnes mundi felicitates belle hoc mendacii nomine designantur: dicunt re hominibus a quibus possidentur, beatitudinem conferre, sed mentuntur; felicitas enim illius mendax est, & dolosa. Anima christiana idonea facta est, ut inania persequaris phantasmata, que eo elabuntur momento, quo te illa apprehendere posse putas? In futuri hac occupatione eam impendere vitam debes, cujus momenta singula Dei servitio essent devovenda? Itane ea amant omnia, que deberemus odisse, & unum illud, quod amabile est, non amamus? Has ipsas affectiones, quibus mugas deperimus. Deus ex nobis petere non erubescit; neque has illi negare nos pudet. Mandum amantes, S. Augustinus ait, nunquam possidebimus illum, eumque possidentes non possidebimus Deum. At si vere diligimus Deum, illum possidebimus, eumque possidentes omnia possidebimus cum illo; ille enim eminenter omnia complectitur. Donec mundi amor nos occupabit, jugibus afflictabimur curis, misera erimus affectionum nostrarum ludibria, ambulantes, ut Propheta inquit, cacorum instar in circuitu consiliorum sibi inter indefinitum succedentium, donec mors vanitatem nobis ostendat: semper errantes, & vagi inter tumultum, & mundi impedimenta, in hac vita nosmet ipse chimerica pacis paleas, quam nihilominus nunquam inveniemus, nisi sincere nosmet Deo devovimus.

Vidi impium superexaltatum, & transiit, & ecce non erat. *Ps. 36.* Nemo unus non videt, omnia hujus mundi bona diuturna non esse. Omnia momento prætereunt, & vix aliqua felicitatis species affligit, cum statim evanescit; quapropter inquit Propheta: *Vidi impium superexaltatum; vidi quemdam ex his viris, qui in mundo beati putantur, ad præstantissimum fortune gradum eversum, sed vix illis oculis converserant, cum omnem illius beatitudinem evanescere converterent: Transiit, & ecce non erat.* Univeris hic mundus, qui adeo nos fascinat, ex Jacobo Apostolo, non aliud est, quam vapor nonnuncquam conflans, inaneque fulgorem emittens; sed momento dissipatur, nihilque ex illo nisi modicum fumum in aere superest: *Quæ est vita nostra? Vapor ad modicum patens.* Jacob. 4.

Qui convertit mare in aridum, & in flumine prætransibit pedes. *Ps. 65.* Adde quæso magnum Augustinum hæc verba explicantem. Regis Propheta hoc in loco memorare vult insignia illa miracula, que contigerunt, cum Israelite de Ægypto fugientes deserti ingrediebantur. Nobis in mentem revocare vult, quomodo divinum fuit mare, & sub pedibus eorum, rapidoque cursu aque: at S. Augustinus illic triumphat, fustoque sensus extollens ait, aquas fluentes esse terrena bona, que transeunt; quidquid speciosum, magnificentum in mundo enitescit, fluvium esse violento, rapidoque cursu præterlabentem eodem tempore, quo sese nobis offert: *Flumen est omnis mortalitas sæculi. Viderent vultus hujus fluvii cursum in rebus mortalibus? Vide flumen, atque veniens, & transeunt alio. Omnis ipse ordo rerum labentium flumen est. Quidquid in mundo est, flumen est; qui hodie regat, nonne obivionem inducit in omnibus, qui ante illum regnarunt? Sed quid verus efficit Christianus, qui mundum oculis gratie respiciens nihil ubique, nisi flumina reperit? Sese in hos fluvios minime projicit, re trahi non sinit mundi voluptatibus, sicco pede hæc flumina, & hos torrentes traducit; hoc est, mundum, omniaque ejus bona conculcat: *Qui convertit mare in aridum.**

Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. *Ad Coloss. 3.* Christiani omnes animum a terrenis rebus avulsim habere debent; ad perfecti Christiani mundo uortul esse debent: *Mortui estis, dicebat Apostolus ad Colossenses, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Quamquam a terrenis bonis, & honoribus alieni sumus, aliquando tamen insellem afficiuntur; quamquam in illis non queratur voluptas, invenerit ibi tamen, ac percipiuntur: sed mortuus nulla re affici potest, licet magnifici eadem extraxerit obfisci, superba adificentur mausolea, omnia ejus laudibus personent, nihil horum sentit, nihilo afficitur. Hæc imago hominis est, qui mundo est mortuus & Felix mors, que efficit, ut anima vivat Deo! Hæc

Mundum amare est amare mendacium, & vanitatem.

De terrenis rebus tantum brevis duratio.

Terrena hæc flumini præterlabenti comparantur.

Perfecti Christiani non solum mundo non habent, sed illi mortui sunt.

Fervor ille, quo honoram; & utilitatem nostram prosequimur, satis offendit, quam procul ab hac felici morte distemus.

Venus fidelis mundum respicere debet tanquam præteritum fidei.

Tempus brevis est, reliquum est, ut qui utuntur hoc mundo, tanquam non usentur, prætere enim figura hujus mundi: *1. ad Corinth. 7.* Christianus, quid sibi scit, quid sibi velit esse Christianum, se ita emet ideo vitabilis necessitate se teneri, ut cor suum ab hoc mundo divellat. Mundum, omnemque illius gloriam, vos lupates, fortunisque umbram putat prætereuntem. Longius etiam procedit, & audeo dicere, mundum in corde suo tanquam præteritum respicit. Sensum hunc nihil Cassianus suppeditat, qui ait, tres esse hominum species; qui longe aliter mundum respiciunt; Peccator, mundi sapiens, & verus Christianus. Peccator quidem respicit mundum in corde suo, tanquam aliquid duraturum; mundi vero sapiens tanquam aliquid quod habitat; verus denique christianus tanquam aliquid jam elapsum. Hinc peccator mundo tanquam duraturo inhaeret, ut Sanctus Augustinus inquit, non utentis modestia, sed amantis affectu. Illis heres vult, qui non permanent, atque ut Sanctus Gregorius ait, *vult stare, cum non stantibus.* Sapiens vero illum spectat, tanquam aliquid quod prætereit; mundi enim sufficit sapientia, ut illius famam, bona, voluptates, tanquam aliquid fugiens spectemus, & cum dilecto Discipulo dicamus: *Transit mundus, & omnia concupiscentia ejus.* *1. Joann. 2.* Sed Christiano progrediendum esse contendo; mundus enim ab eo considerandus est tanquam aliquid præteritum; ille similis esse debet, Cassianus inquit, *Elia, & Henoch, qui duo sancti viri in mundo quidem sunt, sed illis jam mundus prætereit.* Hoc innuit Apostolus *1. ad Corinth. 7.* per ea verba: *Qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.* Si res prætereit, possidentes non possident, neque uterentur utentes. Si ergo jubet Apostolus, nos hoc uti mundo quasi non utentes; vult etiam ut illum veluti præteritum respiciamus.

Nolite diligere mundum, neque ea, que in mundo sunt. *1. Joan. cap. 2.* Satis non est mundum continere, ab eo animas avellentes est; etenim quod extant, qui mundum fœcci facere videntur, & qui tamen eidem inhaerent? De mundi vanitate præstantissime loquerentur, tamen illam antant; quotidie de illis inconstantia, & perfidia queruntur, quod minime prohibet, ne eidem confidat. Cœcus esse oportet, qui mundum æstimat; sed sibi met contradicit, qui illum contemnit, & nihilominus aque illi inhaeret, ac si in eodem voti summam nancisceretur. Rationis est expertus, qui mundum habet in pretio; ac expertus est fidei, qui eidem adhæret.

Dispersam habitantorem de campo idoli. *Amos 1.* Campus hic mundus est, idolum autem creata omnia, que ibi adamantur. Filius autem Dei imperans, ut nosmetipos abnegemus, mundum hunc omnibus expurgavit idolis; fieri enim nequam potest, ut si nosmetipos perfecte abnegaverimus, non abrenunciemus cæteris, que sunt omnia creata. Ita si primum illud idolum deletum fuerit, nullum remanebit, illud enim reliqua omnia producit: non enim terrena hæc nisi propter nosmetipos amamus.

PARAGRAPHUS IV

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum ad hoc pertinentis Argumentum.

O Amator mundi, cujus rei gratia militaris? major non poterit esse spes vestra in mundo, quam ut amici mundi fidei; ibi quid nisi fragile, plenum periculis? & per quod pericula perveniunt ad majus periculum? August. lib. Consiel.

Pereant hæc omnia (mundi bona) & dimittamus hæc vana & inania, conferamus nos ad solam inquisitionem eorum que finem non habent. Idem, ibid.

Mundus transiit & concupiscentia ejus. Quid vis? utram amare temporalia, & transire cum tempore: an Christum amare, & in æternum vivere? Idem, in Epist. Joann.

Mundus iste periculosus est blandis quam molestus: magis cavendus cum se alliciat aliquid, quam cum admoneat, exitique contemni. Idem, Epist. 44. ad Anast.

Vincta hujus mundi voluptatibus habent veram, jucunditatem ipsam, cerum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, cinidiam quietem, rem plenum miseria, spem bonitatis inanis. Idem, Epist. 39. ad Licentium.

Ecce turbas mundus & amatur, quid si tranquillitas esset? formosus quomodo inhaerere, qui sic amplectitur factum? flores ejus quomodo colligere, qui a spinis non recusat manum? Idem, Sermone 245.

Ecce vinctus est mundus, ecce amatur est mundus, & si sic amatur, quid faceremus si dulcis esset? Idem, ibid. Symbol. 1.4. c. 1.

O munde immonde! teneri vis perire, quid faceres si maneres? quem non deciperet dulcis, si amarus alimenta mentis? Idem, ibidem.

Mundus tanta verum labe contritus est, ut etiam speciem sedulissimæ amiserit. Idem, Epist. ad Armentum, & Paulin.

Blanditur mundus, cavetur corruptor. Idem, Serm. 17. de Nativ. Joann. Bapt.

Quomodo potest superare mundum scientem, qui non potest superare blandientem? Idem, Serm. 13. de pluribus Martyr.

Qui non contemnit quod pollicetur mundus, non potest superare quod minatur. Idem, ibidem.

Blanditur hic mundus, & stantia pollicetur, sed & minatur dolere, egredere, humilitate. Idem, ibidem.

Si delicias te mundus, immundus est, quia vis semper esse in mundo. Idem, tract. in Joannem.

Non sic amemus ista terrena, ne perdamus celestia. Idem, Serm. 30. de verb. Domini.

Jam non hic habitemus corde, mala regio est amor mundi. Idem, ibid.

Nequitia est mundum diligere, & ea qua nascuntur & transeunt pro magno habere. Idem de Agone Christ. c. 13.

Omnia oriuntur & occidunt, & oriendo quasi esse incipiunt, & crescent & periscunt, & postea senescunt & intereunt. Idem, lib. 4. Consiel. cap. 1.

Non potest quis amare quæ æternum est, nisi destituerit amare quod temporale est, Idem, in novis Serm. Serm. 15.

Tamdiu dices, quando in evigilatis, somnium illum divitem facis, evigilatio pauperem. Loquitur de paupere dormiente. Idem, in Psal. 35.

Non afferunt satietatem, sed inflammant cupiditatem, (bona hujus sæculi) Idem, Serm. 15. de Diversis.

Cor humanum in desiderio æternitatis non fixum, nunquam stabile esse potest, sed omni volubilitate volubilis, de alio in aliud tranfit, quatenus requiem ubi non est. Idem, in Manuali.

In itinere & transeuntis cor veram requiem invenire non potest, quoniam tanta est dignitas, ut nullum bonum præter summum bonum, ei sufficere possit. Idem, ibidem.

Omnia visibilia transeunt, & omnia hujus sæculi pompa, & delicia, & curiositas intereunt, & secum ad interitum trahent amatores suos. Idem, de catechizandis, rudibus.

Temporalia bona non cessant nos inflammare ventura, corrumpere ventura, torquere transeuntia, concupiscentia inardescunt, adepta visibilia, amissa transeunt. Idem, Serm. mone 22. de verb. Apollol.

Mentuntur, moriuntur, in morem vultus. (Loquitur de voluptatibus sæculi.) Idem, Epist. ad Licentium.

Dulcedo hujus sæculi ad tempus fauces inducat, sed in magnum amaritudinem postea convertetur. Idem, in Psal. 123.

Ideo hujus vite dulcedo amaritudinibus, & arumitis respersa est, ut alta vite quaratur, qua nulla amaritudine perturbatur. Idem, lib. 22. de Civit.

Tibi o anima non sufficit, nisi qui te creavit, quidquid aliud appetit miserum est, quia tibi solus potest sufficere, qui ad similitudinem suam te fecit. Idem, de quinque partibus.

Voluptatem illam interruptam, & quietam sine labe concupiscentie, & promittentem bona temporalia, & eorum mundum deridit. Idem, Serm. 12. ex nuper editis.

Omnia senescunt, & omnia intereunt, ergo cum oriuntur & revidentur ut sint, & magis festinant ut non sint. Idem, l. 4. Consiel.

Espanduntur peccatores in ea qua videntur & temporalia sunt, & imagines eorum famelicæ cogitatione lambunt. Idem, ibidem, l. 9. c. 4.

Flumen est omnis mortalitas sæculi. Idem, in Psal. 65.

Momentis transeuntibus cuncta rapiuntur, torrent rerum fluit. Idem, in Psal. 122.

Modo fructusque dicimus, transiunt, non tunc dicimus infructuose, transeunt. Idem, in Psal. 39.

Nonne domus tua hæc pulvis est & ruina? nonne hæc omnia fabula? nonne sæculi thesaurus vanitas est? nonne tu ipse, es cinis? Ambros. lib. 6. Hexam. cap. 8.

Caduca hæc omnia cum damno sine lucro, illud solum est lucrum, ubi fructus perpetuus, ubi æterna merces solent. Idem, Epist. 44. ad Constant.

Laviva sæculi temporalis est, perpetua autem laviva ejus, qui gaudet in Domino. Idem, in Psal. 47.

Non vis relinquere mundum, relinquer te mundo. August. Serm. 245.

Vitescat mundus, amatur a quo factus est mundus. Idem, Serm. 3. de Pentec.

Omnia

Omnis imaginaria in hoc seculo, & nihil veri. Tertull. de corona.

Fugiens mundus, quia malos suos amatores remunerat. Iffidor. Hifp. Coll. 2.

Ecc jam in seipfo mundus aruit, & adhuc in nostris cordibus flores: ubique amaritudinis replentur, & tamen eam mente ejus amaritudines amamus: fugientem sequimur, labenti inharemus, & quia labentem retinere non possumus, cum ipfo labimur, quia labentem tenemus. Greg. in Homil.

Despicendus a nobis hic mundus foret, etiam si blandiretur, & rebus prosperis demulceret animum: ac postquam tot flagelli premunt, tanta adverteat fastigatur, quid nobis aliud, quam ne diligenter clamet? Idem, in Dialog.

Qui transeuntia amplectitur, eo ipso ad decussum ducitur quo decurrentibus implicatur. Idem, in Moral.

Si confideremus quod & quanta sint quae nobis premittuntur in caelis, vilescent animo omnia quae habentur in terris. Idem, in regit.

Hujus mundi veraciter ille mala sentit, qui ejus bonis inhiat, nec alia bona appetit. Idem, lib. 6. Moral.

Quasi in aquis desolentibus fundamentum ponere, est in rebus labentibus spem fiduciam velle solidare. Idem, l. 12. Moral. c. 2.

Diu cum nostris rebus durare non possumus, quia aut nos illa moriendo deserimus, aut illa nos viventes quasi deserunt pereundo. Idem, lib. 18. Mor. cap. 10.

Tanto nos necesse est instanter aeterna querere, quanto a nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Idem, l. 3. Dialog. c. 28.

Sola Dei gloria stat, salique stant & permanent, qui cum illo, & in illo gloriantur. Tertull. l. de Penit. c. 11. Discite in hoc mundo supra mundum esse. Ambr. lib. de Virgini.

Difficile, imo impossibile est ut presentibus quis & futuris fruatur bonis, ut delicias transeat ad delicias, & in utroque saeculo primus sit. Hieron. in Epist.

Nulla res longa moralium est, omnique felicitas saeculi, dum tenetur, amittitur. Idem, ibidem.

Nihil appetere, nihil desiderare de saeculo potest, qui saeculo major est. Cyprianus Epistol. ad Donat.

Quam magna felicitas est implicantis mundi laquei solvi. Idem, ibid.

Mundus transibit, tu cum eo qui non stat, cades, transibis, & ruet. Cyprian. de jejun. & tentat. Chrivl. cap. 6.

Hac est humana vita puerorum ludus in arena. Greg. Nyffenus.

Nonne haec omnia pulvis? nonne omnia favilla? nonne in paucis versibus laudum vita memoria est? Sanctus Prosper in Sent.

Contentione divitiis, & vitia occupas, contentio gloriae, & vitia gloriosus, contentio remissionem & quiescentem, & tunc am recipies. Chrysof. Serm. 25. in Epist. ad Hebr.

Ad imaginem Dei facta est anima rationalis, caeteris rebus occupari potest, repleri non potest, Bernardus, in Serm. Ecce nos reliquimus omnia.

Dic mihi ubi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nascitur fuerunt? nihil in eis remansit nisi cinis & vermes. Idem, in Medit.

Prædia, palatia, immensa suppellex, insulaque dignitatum, adde & sapientiam mundi, de mundo sunt haec, & mundus quod suum est diligit, sed quousque? non solum enim non semper, verum ne diu quidem. Idem, in Epist.

Non prius se habuerunt corda hominum auro, quam auro corpora fasciantur. Idem, Serm. de Convers. ad Clericos.

Magnus est cui presentis felicitas si arripit, non irrisit. Idem, l. 2. de Confiderat.

Qua regies in gloria tua, si qua tamen est? praeterit jucunditas non relinquitur, & manet anxietas non relinquitur. Idem, Epist. ad Sophon.

Si sapi, si habes cor, si recum est lumen oculorum tuorum, desine a sequi, qui & allequi miserum est. Bernardus, Epist. 103.

Mundus clamatur, ego desiccam; caro clamatur, ego inficam; diabolu clamatur, ego decipiam. Christus vero clamatur, ego reficiam: Et tamen superba mens, magis sequi vult decipientem quam reficientem. Idem, in Epist.

Fluxa est divitiarum natura, torrens citius praerlabitur habentem, alios alio modo apta mutare dominos, Basil. in Plal. 61.

Omnia mentitur & decipiunt in hoc seculo. Chrysof. in Plal. 4.

Suavissima aviditate amplectuntur umbras, & sequuntur umbras: hic enim qui vis videtur saeculi bona, & manibus eorum tanquam venas & umbra fugiant, & elabuntur. Idem, Homil. Quod nemo laeditur nisi a seipso.

Mundana felicitas multis amaritudinibus respersa est. Innocent. Papa lib. 1. de Contemptu mundi.

Cum mundus tibi fallaciter ridet, ut veraciter irrideat. Anselmus, l. 1. Epist. Epist. 8.

Mundus nihil habet stabile, neque fixum, sed sola oculorum deceptio est, & prius quam appareat, avolat. Chrysof. hom. at. in Genesim.

Nihil re magnum, quod tempora parvum est. Eucher. Epist. ad Valent.

Fallax suavitatis in temporalibus bonis, instructus labor, vana spes, perpetuus timor, & periculosa inest jucunditas. Laurent. Justinian. de ligno vite, cap. 3.

Nihil est in rebus humanis praeter umbram, auramque levissimam sine mora transiuntiam. Philo Judæus de Deo.

Quasi per amana praesa ad carcerem tendis, qui per praesentis vita prospera ad interitum tendis. Idem, ibid.

Quis excelsa videtur, praerupta sunt. Seneca de Tranquill. animi, cap. 10.

Omne quod fortuito evenit, instabile est, quo altius surrexit, vergit pronius in occasum. Idem, de brev. vite.

Nihil perpetuum, pauca diuturna sunt, quiaquid capis, & desinit. Idem.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia patet ad hoc argumentum deprimi posse.

UT intelligamus quid sit amor mundi, qui peccatorum omnium fons est, & damnationis hominum causa, supponendum est, Mundum eo in sensu, quo istic accipitur, non aliud esse quam perditionem bonorum, voluptatum, honorum, omniumque vite deliciarum, quas nobis exhibet mundus, & quae nostram excitant concupiscentiam; vel si mavis, est inclinatio, vel studium, quod ex ipsa naturitate contrahimus erga inferiora, ac temporalia, & quo rapimur, ut in bonorum hujusmodi possessione nobismet satisfaciamus. Ita loquitur Sanctus Joannes, Epist. 1. cap. 2. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae. Haec concupiscentia, cum illam sequamur, eique obtemperamus, mundi amor vocatur; quia in mundo ea continentur omnia, quae extra Deum amare possumus, & quae ab illius amore non divellunt, cum in terrenis his bonis tanquam in nostro fine acquiescimus, quae in se proprie consistit peccatum, quemadmodum docet Theologia. Itaque mundi amor, mundum hujusmodi bonis adhaerere, immoderate terrenarum rerum perquisitio, nomina sunt idem significancia; atque utrumque hoc, contentendi mundum, & abrenunciandi pompis obiectivae omnibus, quae nos praevertere, & in scelera impellere possunt.

Merito Sanctus Joannes prohibet, mundum amare; incompositus enim amor illius simul esse non potest cum charitate, quae nos Deo conjungit; sed cum Sancto Augustino lib. 2. contra Julianum, c. 10. notandum est, non dicere illum, cavete, ne hoc mundo utamini; qui enim eodem utitur, quin illum amet, utitur eo, quasi non uretur; non enim pro se utitur illo, sed pro alio, quem spectat, & amat. Ita Sanctus Paulus ad Cor. 7. eodem animatus spiritu fidelibus etiam atque etiam commendat, ut hoc utantur mundo, quasi non uterentur. Ut verbo me expediam, omnes legantur Scripturae, liquebit hunc ab ipsis canonem statui, ne quid terreni, & perfunctorii ametur, neque aliquid per se amabile, & desiderabile existimetur, sed omnibus ad vite nostrae officia, & necessitates utamur, hoc est cum modo, non autem cum amantis affectu. Sin autem creatum aliquid amatur, in Deo & propter solum Deum amandum est; ita enim non amatur creatura, sed in creatis diligitur Deus. Sed mundum deperire, in illo cor suum collocare, illum Deo praeferrere, in illo tanquam in fine requiescere, illum tanquam suae felicitatis obiectum respicere, hoc peccatum est, & in hoc hominis corruptio consistit.

Ratio princeps, quam Theologia praebet ejus sceleris, quod in immoderate terrenarum rerum amore invenitur, ex ipso natura ordine desumpta est constituto per legem aeternam, qui est ipse Deus, unde praestantissima illa evangelicae praeccepta emanant; nolite diligere mundum; neque ea, quae in mundo sunt: nolite conformari huic saeculo, & similia. Haec enim est rationalis anime conditio, ut proprius illius locus immediate inferior sit Deo, corporeique rebus omnibus superior. Subdita esse debet Deo tanquam Creatori suo, a quo essentiam habuit, & a quo felicitatem expectare debet, ac perfectionem: sed corporea quaecumque

Quid sit amor mundi.

Quomodo intelligendum est praecceptum de mundo non amando.

Ratio, propter quam ceteris est terrenis amabile.

que respicienda illi sunt, tanquam sibi inferiora, & ad id unum facta, ut ipsius intervium necessitatibus. Hic autem modo turbatur, praevertere non potest, nisi incondita hominis voluntate, quae hujus vite bonis inharens est, quae movet, in finem invenit.

Christiana veritates, & Evangelii praeccepta nimis exaggeranda non sunt; idcirco quemadmodum externa mundi bona, ac res terrene, quibus haec in vita carere non possumus, licet infinita minores sint interioribus animae bonis, gratia vero praesentis; atque, si rite intelligantur, dona sunt Dei, eorum usum sublimioribus destinatis finibus, quae in re maxima sunt beneficia. Fides, atque religio eo errore depresso, futurumque ex mente communibus illud sonibus, quae per eorum occasionem oriuntur, illa nobis sub hoc intuitu proponit, atque eo in usum, in quem ad virtutem impenduntur; & hoc pacto in illis reperimus non quidem laqueos, qui nos impediunt, sed adimicula, quorum ope ad verum bonam perveniamus; ita proprie loquendo in illis non quaerimus ea, quae suapte natura humilia sunt, ac nullo in discrimine posita, sed fructum, quem inde virtus percipere potest, vel qui ex illis potest educi. Haec ratio fatemur, omnia, quae a Deo sunt, magno in pretio esse habenda, vel in se, vel quia ad eximios praestantisque fines referuntur. Itaque neque plus faciendum sunt aequo, eadem spiritualibus, aeternisque bonis preferendo, quod mundi affectu faciunt, neque ita contentendo, ut eorum possidendo, vel per legitimas artes perquisito, damnetur.

Moralis disciplina nos docet, bonum, quod non periculo habendum in pretio, neque a nobis diligendum. Quapropter Philosophi juxta sententiam Aristotelis ea tantum bona vocant, quae essentiae nostrae complementum sunt. Sed omnia temporalia bona, in natura sua tantum accepta citra usum virtutis, possidentem neque perfectionem, neque meliorem faciunt; igitur perperam ab hominibus tanquam magna bona aestimantur. Ut homini veram communicarent perfectionem, opus esset primum, ut haec bona suapte natura esse perfectionem haberent, quae essentiae nostrae perfectio vinceretur: etenim, ut Sanctus Augustinus ait, homo fieri melior nequit, nisi per id, quod ipso fit melius: secundo ut eorum possessio solida, & permanens esset: quod enim imperfecte solum possidetur, conferre nequit perfectioni illius, in quo minime permanet. Haec autem duae conditiones ad veri boni effectum absolute necessariae ex Ethicorum philosophorum sententia, quibus solo lumine rationis explorata haec veritas fuit, nequaquam in temporalibus, ac perfunctoriis hujus mundi bonis inveniuntur.

Quantis etiam mundi hujus bonis aliqua inesse praebantia, quae naturae nostrae dignitatem superaret, eorum possidendorum modum minime posse nos beatos, & contentos alligere; facile enim, ac brevi possunt amitti. Injusti usurpatoris vis opes nobis potest auferre, amarus dolor omnia gaudia in trititum potest convertere, calumnia labem nominis potest offundere, sextentis inopinatis casus nos bonis spoliare possunt, quin has calamitates prohibere valeamus; & mors denique eas nos deserere cogit. Dicine igitur potest, ea quae adeo parum certa homini sunt, eum meliorem, vel beatum efficere posse; an de illo iudicium ferre, eumque aestimare ex iis rebus debemus, quas necessario debet amittere?

Quemadmodum bonum generatim oppositum est malo, ita quilibet boni species particulari mali speciei esse debet opposita; quod tenebras non dissipat, lumen non est; ea corporis affectio, quae morbum non expellit, bona valendo non est. Hoc ipsum ceteris accidit bonis, quae in speciem talia videntur, & commenticia sunt. Ita si opes exempli gratia non evertunt malum, cui ab hominibus opponuntur, & quae esurientis cordis est agerudo, per se bona non sunt, neque illud, quod ipsis defectum, nomen merentur: quod singillatim dici potest de bonis ceteris, quae mortales deperunt, & quae minime prohibent, ne possident illa cor habeat inane; etenim licet illa possideat, habet ea desideria, quibus satisfacere nequeunt, & quae quotidie sine ullo fine cresunt. Nonne igitur frustra tantum sunt, & adeo ardentur queruntur haec bona, quae non solum eam non habent excellentiam, quam in vero bono sapientes requirunt, sed quae ne respondent quidem conceptui, quem mundani sibi infans cogitationibus adstruunt? Si ex natura sua habent id, quod falso illis mortales attribuitur, qui plura possident, minoribus curis, ac desideris urgentur: expectantiam tamen ostendit, horum bonorum copiam ipsis idem esse, quod igni vehementius incenso ligna in

eumdem congesta, quae illius flammam augant, eumque ardentem efficiunt.

Sanctus Thomas 1. part. q. 46. art. 3. ad 5. & qu. Quid sit voluptas naturae, atque appetitum potentiae in praesentia ejus boni, quod illius explet desideria. Ut autem haec requies datur, & haec expletur desideria, opus est, ut bonum, quo explenda sunt, conformem sit naturae illud possidentis, & aliquam habeat cum essentia ejusdem praesentia rationem. Sin autem ex D. Thoma quaeris quomodo hoc bonum fit, respondit non illud esse, quod sensus palpat, sed quod aliquid habet sensus, & conformitatem cum ratione; ideoque si homo verum invenire vult gaudium, quod illi perfectum, veramque pariat voluptatem, bonum illi querendum est nequaquam pertinens ad sensus; & ne illud vacuum relinquat spatium in anima, cuius captus nullus habet limites, bonum hoc esse oportet infinitum.

Propensio, quam erga voluptatem habemus, intra rationis omnem iudicium ordinatum effectum prohibentis terminos confederata, tantum abest, quod mala fit, ut sit etiam homini necessaria, tanquam infinctus a Deo iustus, ut ad veri boni perquisitionem faveret ferat. Qui haec affectionem redargueret, auctorem naturae damneret; ipse enim illam nobis altius imprefcit; verum hoc malum est, quod homo, qui voluptatem, omniumque vortorum suorum complementum quaerit in Deo, qui fons est bonorum omnium, & qui suum cor, & mentem attollat super ea omnia, quae sicut mutationi sunt obnoxia, atque ita se in eo statu constituat, ubi cura omnis sit expers, fesse demittat ad sensibilem bonorum perquisitionem, totumque spiritum occupat in iis, quae pro corporum necessitatibus, & periturae vitae conservatione desinat sunt.

Qualibet voluptas, Philosophus lib. 10. Ethic. cap. 16. inquit de corporeis verba faciens, durat solum quomodo est alicuius mali remedium; statim ac facultati alicui satisfactum est, id, quod ei jucundum erat, eidem onerosum fit, eoque fatigat. Dapes insipidae sunt, & stomacho graevae, ubi fames expleta est, & calor incommodus est, postquam expulsum fuit frigus. Hoc ipsum de omnibus dicendum est voluptatibus, quae seipsas evertunt, & quae sepe principium, subjunctumque sunt, corpus videlicet, sensuque infirmum, ac perdit. Adde his egregiam Marcellini Ficin in comment. super lib. Plat. de Republ. animadversionem, omnem videlicet excessum & vestigio in oppositum converti, quod liquet per omnes incompolitas mortalium affectiones discurrentibus. Nimia licentia, quam nostrae libertati tribuimus, haec rationis subrahentes sententiam, principium est turpissimum, indignissimaeque servitutis, qualis vitorum servitus est. Temeritas in infirmitate degenerat; excessus, ubi de incontinentia sermo est, migrat in tormentum; avaritia, & nimia terrenorum bonorum cupiditas cum, quem possidet, indigentem efficit, magisque famelicum.

Peritiamendum est, quod S. Bernardus docet, vana vocari posse, quod vacuum est; cum vero illud alio appellamus nomine, tunc nomen ex inani specie desinit, at virtute, aut effectiva caret natura, quae nomini ejus respondet: vanaum est id, quod vacuum esse dicitur, quod nomen quidem habet, rem vero ipsam non habet. Hic est terrenarum rerum defectus, bona, honores, dignitates vocantur; nomina speciosa, bona commenticia, quae fulgida videntur; sed si vacuum ingredi possumus, cum rebus vacuis vana duntaxat nomina habebimus. Haec vera bona non sunt; in inani tantum specie consistunt; sextentis mixta sunt malis: tanta magnitudinis eorum pompa, totumque pretium in hominum imaginatione consistit; Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Eccles. 1.

Principium, & veritas est in dubium nequaquam vacanda, nos non amare, nihilque ex iis, quae in mundo sunt, amare nos posse, nisi eo quod nosmetipsos amamus. Sin autem nihil nisi propter nosmetipsos amamus, hinc sequitur, quod amor proprio abrenunciantes, omnium etiam rerum amori abrenunciamus. Itaque omnium affectiva vite magistrorum non minimum principium hoc est, ad hoc ut terrenis rebus omnibus moriamur, ut loquitur S. Paulus, nosmetipsos esse moriendum: utque non istu omnes infelices hujus concupiscentiae in omni fructuum iniquitatis genere adeo secunda rami obrucuntur, radicem primum esse convellendam, quae est amor proprius. Ablata causa omnes evanescunt effectus, non mundum, neque mundum de bona amabimus, cum non amabimus amplius id, quod nos ad eorum amorem excitavit.

Homines abutuntur naturali propensione erga voluptatem.

Quam brevem duracionem sint sensu voluptates.

Cur mundi bona vana dicantur.

Ute perfectae terrenarum rerum amorem abdicemus, amoris proprio abrenunciare debemus.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectu, nuperque Concionatoribus loci hujus Argumenti.

Hujus mundi bona nos beatos sequuntur esse.

Mortalibus satis persuaum est, se opibus, honoribus, voluptatibus beatos fieri non posse. Fallacia bona possunt obiter quidem illis detinere, at ex- plere non possunt; quapropter cor semper inquietum indefinenter de objecto in objectum transvolat. Omnia illi quidem generatim bona mundi conquirunt, ut singula postmodum rejiciant; milles in eadem recur- runt objecta, & milles eorum tadio afficiantur. Vita eorum non aliud est, quam ambitus desideriorum, tediumque, volorum, & naufragium. Vespere contemnitur, quod mane desiderabatur quod nunc placet, mox nequaquam placebit. Quo magis aliquid objectum requirunt, eo magis illud fugiunt, & cor in jugi hoc volorum, ac repulsarum estu perpetuo mero- re conficitur, neque aliud sperare potest solatium, quam miseram sepe mutandi voluptatem. Solummodo triste, sese praesenti fastidio liberari non posse nisi per aliud, quod priori succedit! Specimina sermone pro Quadragesima, sermone pro Dominica prima.

Dei spiritus miram mortalium reputans infaniam, qua vera relinquentes bona, quae ipsos vero beatos possunt efficere, falsa bona deperunt, per Prophe- tam Psalm. 4. ita illos alloquitur: *Etiam hominum, ut quaeque gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?* quod egregie explicat Sanctus Augu- stinus in Psalm. 4. dicens: cur honorum omnium abje- ctissima, & postrema consectamini, tanquam optima essent, ac prima? *Ut quid conuulsum prima, extrema se- quitur, quod est vanitas, & mendacium?* Vultis esse beatos per ea bona, quae sine ulla comparatione vultis vobis deteriora. Animam habetis aeternam, non secus ac Deum, victuram, eamque felicem efficere vultis transcurrentibus bonis, & velut umbra evanescentibus: animam habetis, quae vos Angelis pares facit, eamque beatam fructus efficere illam ad brutorum conditionem deficientes per haec falsa bona, quae queritis, & quae vobis sunt cum ipsis iumentis communia. Cum vos beatos arbitramini honorum omnium novissima possiden- tes? Liber cui titulus: *Christianae ueritatis pro 22. post Pentecosten Dominica.*

Non loquitur in hoc loco de toti pravis Christianidelibus, qui hoc nomen gerunt, ut illi dedecus afferant; qui tantum abest, quod gerant ob eam necessitatem, qua terrenis his bonis carere non possunt, ut non aliam norint voluptatem! quam illis frui; & qui in- tra se omnem alterius vite spem haud aegre abjice- rent, dummodo in hac semper possent permanere. De illis autem loquitur, qui vero aeterna vita flagrant de- siderio, & qui ad eandem pervenire conantur. Ete- nim quotusquisque hujusmodi bona vere fastidit, ea fugit, quantum in ipso est, vel dolet, eum se iisdem videri obnoxium? Non ideo tamen contendit, nos af- fici nequaquam debere illis rebus, quae sensus nostris alliciunt, & dolorem potius, quam gaudium percipe- re ex his, quae aliis afferunt voluptatem. Haec singula- ris, & perrara gratia est, quam paucissimi Deus elar- gitur. Illud vero affirmo, ad hoc, ut vere Christiani simus, nos aliquo dolore affici debere ex voluptate, quam in necessario bonorum terre hujus usu percipi- mus, cum intelligimus cor nostrum illis adhaerere, atque non ex simplici necessitate illa conquirere; sed ex quadam propensione, qua necessitatem hanc nobis jucundissimam facit, & quae saepe etiam ultra necessita- tem nos rapit. *Ibidem.*

Quid tandem mundus hic est, ut illum adeo insane deperamus? Memoria vestra alius omnia, quae ex- perti fuistis, gaudia repetite; recordamini simul cura- rum, quae illa vel precesserunt, vel subscecutae sunt, amaritudinem secretarum, quae illis virus adspargere cessarunt, circumstantiarumque molestarum, quae om- nem eorum suavitatem turbant: mementote medici temporis, quo permanenter laborum, quibus steterunt, stimulum, quos vobis preperant, tedium, quae post se reliquerunt. Haec omnia comparate cum hac voluptatis umbra, quae adeo elicere illecebris suis, & videbilis, mundum cum ambibus illecebris suis ne unum quidem cordis vestri suspirium mereri. Ita- que quotiescumque sese vobis offerret mundus cum ful- gore hoc, qui fascinat, & quo ad nos persisterendum utitur, cum obiecta his omnibus delectata illecebris animos vestros fascinant, ut eos fidei honores, qui uni debentur Deo, deferant; cum magnificam pom- parum intulius, ubi vitam triumphum agere, & ubi vanitas omnia Evangelii praecepta conculcare videtur:

Pauci sunt christiani, qui aliquo modo terrenis rebus non haerent.

Consideratione se- dete de se- per mundi hujus volu- ptates, & gaudia.

cum hac omnia, Sanctus Chryostomus ait, in cordibus vestris cupiditatem hanc excitant, quae semper, ubi eadem admoveret, flammam protinus corrigit, recordamini, Sanctus hic Doctor ait, pacti, quod cum Deo percussistis: sum Christianus, in Baptismo abra- nunciavi mundo, & pompis ejus, nulla mihi falsi sperandi est, nisi promissi fidem praesto. *Specimina Panegyricarum. Panegyrico pro die Sancti Joanni Evan- gelista.*

Gloriarine potestis, vos unice, ac sine ulla divisio- ne diligere Deum, vos qui volupates concupiscitis, & misere sensibus vestris satisfacere quaerit: vos, & quae mundi illecebrae faciunt, & qui eidem placere gloriamini? Verum enim vero vos audire mihi videor dicentes, quamquam vos mundus allicit, vos tamen Deo cordis vestri partem integram, inviolatamque ser- vare. Haec! quid dicitis? Deus totum cordis vestri amorem sine ulla divisione reposcit: huncine illi ci- tra summum nefas negare potestis? Verum potestisne in mundo aliquid invenire anore vestro dignum praeter Deum? Potestis ne amare divitias, quae experiamini spinas, quae secum gerunt? Potestisne bona vestra possidere sine affectione, illa tueri sine cura, illa amittere sine dolore? Contemnere ergo mundum hunc, dum praetari, S. Augustinus ait, & ne expectetis, donec illius contemnendi tempus cum eodem transierit. *Ibidem.*

Humanum cor experire potest unquam terrenorum possessione bonorum? Haud ita sane. Nova semper paratur desideria, neque dicit unquam satis: semper inquietum, semper sollicitum, semper avidum, semper objectis, quibus allicitur, apertum, quin in ullo quiescat. Sese continere novit? vel potius nonne sem- per accidit, ut inter ipsam affluentiam credens ea, quae habet, si sui conferre ad ulteriora quaerenda, nunquam dicere cesset: *Affer, affer.* Date, afferite, congerite, accumulatis mihi bona, honores, volupta- tes. Cor orem? infatigatum cor humanum, quo hac inexplebili cupiditate contendis? Puras te beatum fu- turum? Quae igitur veram beatitudinem, verum bonum persequere. Is est humani cordis character, ut nihil nisi Deus illi satisfacere, illud valeat explorare. *Sermo Manuscriptus.*

Quam difficile est humanum cor explorare! Statim ac sibi affectiones patitur imperitare, ea omnia cupiens, quibus afficitur, iis se mancipans prae omnibus, quibus desideria sua possunt expleri; sequens pernicissi- mum suae cupiditatis cursum, nunquam dicentis satis; sua illectum aviditate, quae desideria sua ab uno ad alterum polum extendit, hydropticum simile, cuius scis semper augetur, prout bibendo illam revulsus coar- tur. Experientia, quae ex omnibus rationibus una maxime sensibus patet, & quae efficit, ut dignis quo- dammodo rari attingamus, nonne palam necessarium hanc docet veritatem? Hic homo cupidus exempli gratia alterone affectum deponit suum, quam per hoc verbum, *affer, affer?* Aliterne loquitur libidinosus de voluptatibus suis? Ambitosus de his honoribus lo- quens, quos appetit, nonne hoc ipsum dicit? *si cupi- dens, quos appetit, nonne hoc ipsum dicit? si cupi- dens, quos appetit, nonne hoc ipsum dicit? si cupi- dens, quos appetit, nonne hoc ipsum dicit?* licet locuples videar, nihil ferè possideo; & si in specto, quae cupio, me vere pauperem pato. Libidine- so dic cordi, ipsum esse debere sua forte contentum, vitam illius esse veluti circuitum voluptatum, quantum una ideo cessare videtur, ut alteri locum faciat. Fal- leris, subdit; peto, & quero longe majora. Quid au- tem homo suae ambitionis mancipium? audies illum; inter honores, praestantissimisque dignitates altius eve- hi contendit. *Ibidem.*

Alterius vite felicitas est votorum omnium comple- mentum; felicitas vero vite hujus est omnium deside- riorum annihilatio. Ut in hoc mundo beati simus nil- hil ex hoc mundo nobis optandum est. Crescunt desi- deria, prout illi obtinens, quod desideravimus, pos- sesso eorum, quae concupivimus, fovet desideria, non animam explent. Anima, exempli gratia, hoc singu- latim bonum desiderat; etenim sensibus, fallacibusque opinionibus hominum decepta si persuadet futurum, ut bonum illud sibi satisfaciat; at videns hanc aqua- gantem esse in abyssu, ad alia festinat objecta, quae sensus illi exhibent tanquam bona eidem explenda, quae accommodat. Si hac in vita omnium votorum sum- mam consequeremur, nunquam alteram cogitarem; ideoque Deus, a quo diligitur, rem aliter disponit... Quidam in lectulo ardenti febris laborat, quae immo- dum illi situm parit. Sitis duplici ratione potest extin- gui, vel aegro potum praebendo frigida tanta in copia, quae eam protinus tollat, vel auferendo febrim, suis ejusdem causam; ablata enim causa cessat effectus. Si aegrotanti optio daretur, quis ambigit, quo minus nallet febrim expelli, quam calicem frigidae sibi dari?

Qui mundum voluptatibus amat Deum ex toto corde amare non potest, quia cor ejus divinum est.

Terrorum bonorum cupiditas in- felicitas est, ac semper ulteriora de- siderat.

Summi e- tiam viri, & qui beatiores videntur, suas habent curas, atque dolores.

Ut sis in hoc mundo felice, hujus mundi bonis tibi optandis non sunt.

Desiderium bonorum hujus mundi possessione, augetur.

Vera felicitas in hoc mundo non invenitur.

Vere felicitas in hoc mundo non invenitur.

Fallaces promissiones mundi, qui nos fallit, & decipit.

Summi e- tiam viri, & qui beatiores videntur, suas habent curas, atque dolores.

Vite hujus felicitas inanis est.

dari? Etenim quamvis post frigidam immodice haustam dari possit, ut facti relevator; si remanet febris, non multo post iterum sibi redibit. *P. de la Colombiere in christianis confessoribus.*

Prima hominis terrena cupiditas poena desiderium est, labor, humilitas, ad quem se demittit, ut sibi satisfaciat; obex desiderio suo, incrementum desiderii per obicem ipsum: quodcumque petis, te felicem effe- cere non potest, potest autem intelicem. Illud vero constans est, quod res concupita desiderium non ex- plet, sed auget. Primum quidem communis res aliqua optatur, cujus facilis erit acquisitio; sed ubi illam obtinuit, producit desiderium eorum, quae rariora sunt, pretiosiora, & ad acquirendum difficiliora. Re- medium non aufer malum, sed auget. *Ibidem.*

Nunquid in hoc mundo ad veram pervenimus felicitatem, quam omnes homines naturaliter desiderant? Mundi voluptates, quae fatietatem afferunt, honores, gloria, & divitiae, quae nunquam explet, omnia fallacia bona, quorum alia falsitudo, alia fames cient, quae cuncta tantum fumus evanescent, & quorum usus semper infansum malorum mixtione, ac terri- bili imagine mortis, in qua tandem deficiunt, turba- tur, possunt hanc felicitatem pro ducere? . . . Unicum desiderium omnes affectus excitat, & fieri nequit, quominus omnium ferocium belliarum harum tyrannidem fubeatis: si uni tantum volmet deditis voluptati. Quomobrem S. Paulus dixit: *Radix malorum cupi- ditatis.* *Ibidem.*

Ex mille mortalibus, quos mundus in favoris sui spem adducit, vix unus, & ne vix quidem illum assequitur. Ubique videtur homines decepti, qui se ip- sos angunt, atque toto conantur pectore, alii quidem ut opes, alii vero ut honores consequantur; hi ut provinciam aliquam obtineant, illi ut aliqua voluptate perfruantur: interim vero quot laboribus exercentur universi? quo adeunt pericula? quot injurias, ac repulsas tolerant? quot vigiliis, curas, & merore re- quiem eorum perturbantes, atque ipsorum valetudini detrimentum afferentes? quot hominum consilia mors fregit? quot tuca etiam, & cum ambitionis suae fructu propediem se perfructuros sperabant, momento in ex- tremum contemptum ceciderunt? *P. Aurelianus sermo de Trinitatibus.*

Nequaquam mundus ostendit quidquid magnificentius in seclis suis forsan, in opulentissimis domibus, & in amplissimis affinitatibus niter; ubi ferè etiam istae omnia ad examen vocentur, liquebit praclaris his- ce speciebus longe plurimas miserias elari. Quin etiam privatae familiae interiores f. ruterunt, ubi viri, con- jux, filii, famuli iuges merore, insaque cient, proximo- rum importunitates, initorum consiliorum incertus exitus, cura progrediendi, metusque de gradu acquisito decidendi, nonne necessario magis fortunata, magnas- que dignitates sequuntur? *Ex moralibus sermonebus.*

De omni mundi felicitate generatim dici potest, nihil in ea pulchrum esse praeter speciem, atque figu- ram; *Figura hujus mundi.* 1. Cor. 7. Sed verum est, Salvatore de divitiis loquentem, quod aliis etiam mundi bonis applicari potest, abusus, & fallaciae vocabulum adhibere: *Fallacia divitiarum.* Semper enim promittunt, quod dare non possunt, ac res longe aliter, quam sunt, nobis ostendunt. Verum enim vero tandem omnis eorum fallacia deprehenditur; quod tamen nimis sero accidit &c. *Ibidem.*

Omnia in hoc mundo fallacia sunt, nihil ibi praeter speciem. Fallax magnitudo, quae non aliud est, quam umbra, quae dissipatur, quae viros principes ob suam elationem superbos, in affluentia pauperes, & inter omnia prospera miseros efficit. Fallaces honores, qui plurimas gignunt poenitentias, quinos quidem pal- pant, sed simul etiam seducunt, qui falsam nitorem habent, & nihil solidum; honores, qui tanquam praemi- entia putantur, quibus debetur reverentia, & qui pro rerum veritate, non aliud sunt, quam speciosa servitutis. Bona fallacia, quae nonnisi multis labori- bus, & curis acquiruntur, quae cum anxietate, ac me- tu servantur, & nonnisi summis cum doloribus amittuntur. Fallax sapientia, quae omnes industriae suecu- ras exerit, quae dolis nescendis tantummodo vacat, & quae saepe lumine deficit, ut seipsam cognoscere ne- queat. Fallaces amici, qui nos ad tempus diligunt, sed qui nos decipiunt, cum de nobis bene merentur, quia saepe sunt affectionum nostrorum instrumen- ta. Amici, quos utilitas retinet, quos prosequi quid- dem fortuna cursus tueat, adversus autem avertit. Fallax potentia, quae saepe miseros, vel nocentes fa- cit. Denique, ut verbo me expediam, hoc in mundo omnia sunt falsa: *Omnia imaginaria in hoc saeculo, & ni- hil veri.* Tertullianus ait. *Auctor Anonymus.*

Haecenus de inextricabilibus saeculi infidiantis ille- Mundo mi- cebris, de honoribus, opibusque sermocinatus sum, hil sece pri- tamquam si jucundus blandimentis suis mundum vige- nigena pul- ret. Quicquid est, illarum rerum facies, adumbratis chitudinis superet, ne- quodam notioribus expolita, jam obolevit; omnique que debet amplius nos allicere.

Turbis, quo rapimur, nobiscum trahit quoque mun- Mhilum, di bona, magnificentum hoc nihilum, superbaque vanitas, & vanitas honorum mundi videri in pul- vifuri; atque tumulum verus agit nobilitatem, & ma- gificentiam, scepra, & coronas. Tempus, quod pau- latim nos atterit, quod destruit, absumitque ea, quae magis durebilia videntur, est velut igneus flammarum fluxus, in quo tanquam in placato, tranquilloque mari navigamus in aebiegn cymba, quam ignis ubi- cumque permeat, & quae quam primum est in cinerem redigenda. Omnia praeterea, vel jam praeterierunt, quomodo vero postsumus, ex nobismetipsis esse felices, quandoquidem nequimus subsistere? Stolti superbi, qui non diutius permansit, quam vanitatis vestrae som- nia: imbecilles terre vermes, qui nunc in nihilum vestrum rediitis; terra olim tanta superbia animata: cinis, & pulvis, dummodo tempus tristitia hac vobis nomina reliquerit, desinit falsem in sepulchris vestris superbie; dicite quam in vestrum parte quaerere de- beamus praestantiam, & beatitudinem vestram, de qua tantopere gloriamini. *Auctor Anonymus.*

Adhuc autem mundum anticus, qui vos fugit, per- sequitur, afficit injuria: licet insensas ille fit vobis, vos tamen eum magis quam antea diligitis: Quereba- mini olim, ipsum vobis esse impedimento; modo ve- ro talis non videtur amplius; crudelis est, immitis, ac primus omnium eum punit amorem, quo illum prosequimini. Quid illa mulier agit in mundo? quid expectat? quae chimerica eam retinet spes? Cur salu- tem suam non cogitat? Non aliud illi consilii capien- dum superest, quam ut recessum cogitet. Ita mundus loquitur. Vos tamen ad infaniam usque illius amore capti estis; & veluti ille, qui omni amia spe reliquis submergitur, adhuc tamen usfragii vestri reliquias servare conamini. Deducet esse velle in mundo eo in statu, in quo vos vultis repellit; nonnisi fabula eius esse potestis. *Abbas de Marne sermo de Tribulationibus.*

Satis est mundum cognoscere, ut illum contemnas. Mundus in iudicis suis adeo caecus est, in exilima- tione, muneribusque adeo injustus, ut nullam merito- rum, nullam virtutis habeat rationem, ac saepe exi- miam habet apud illum commendationem, ut ejusdem donis cumuletur, qui iisdem est indignissimus, infide- lis est in promissionibus, in consiliis inconstans, mobilis in amicitia: hac maximis comparatur impensis, cum labore servatur, & facile amittitur. Nos allicit, ut fallat, blanditur, ut perdat. Maximam in nobis spem fovet, ut superficialia tantum conferat, bona, quae cor, cujus infinitus est captus, replere non possunt; vana, quae rationis spiritui satisfacere nequeunt materialia, & crassa, quae nullam cum spirituali anima habent congruentiam; fluxa, & perfunctoria, & quae ideo immortalis anime felicitatem nequeunt effice- re. Haec mundus quidem promittit, at plerumque non tribuit. *P. Nepveu tom. 4. Christianorum Considerationum.*

Non facis est mundum contemnere, animus est ab illo avellendus: quot enim videntur mundum nullo in- pretio habere, qui tamen eidem inhaerent? Praestanti- sime de mundi contemptu differant, at tamen illum dil- ligunt: quotidie de illius perditione queruntur, hoc ta- men non prohibet, quominus illi habeant eodem; & postquam in eum probera, & maledicta evomerunt, illum tamen ipsi idolam faciunt, eumque adorant. Caecum te esse, opus est, ut mundum istimes, sed ti- bimet ipsi te contradicere opus est, ut illum contem- nas, & nihilominus mordicus ita inhaerens illi, ac si in eo votorum tuorum summam invenires. Ratione fo- carere probat, qui mundum aestimat; sed fe fide care- re ostendit, qui eidem adhaeret, ubi per Baptisimum pompis, & vasitibus illius renuntiaverit. *Ibidem.*

Initium ducimus ex eo, quod inter mundi bona pri- mum obtinet locum, hoc est ex honore, fama, existi- matione, & laudibus hominum; quid vanitas? quid fallacius? Quod spectat ad honores, ad quocumque dignitatis gradum evectus fuerit mortalium, unquamne sua for-

Mhilum, & vanitas honorum mundi videri in pul- vifuri, qui unus post principum mortem su- perest.

Mundum amamus quavis mundus nos odit.

De mundi contemptu.

Parum est mundum contemnere nisi animas ab eo divul- latur.

Mundi esti- matione, & fama negli- genda.